

ral ; il le renforce même en y faisant une addition importante , & supplantant des omissions que l'immenrité du plan rend inévitables. Nous laisserons l'auteur lui-même s'expliquer sur ce sujet , dans l'annonce qu'il a faite de ce premier tome par un écrit particulier.

*Notum eruditio orbi est , Bollandiana de Actis
Sanctorum volumina non mediocri excepta semper fuisse plausu , probatumque fuisse , quod de hoc Opere non modò Catholici eruditii , sed & ipsimē heterodoxi tulere judicium . Perspecta pallim cūm esset illius Operis utilitas , mirum non est , eruditos eujusque ferè nationis homines frequenter exoptasse , ut eorum omnium , quibus gens sua gloriatur , Sanctorum Acta pari modo discuterentur , utque jam inde à Bollando eujusque successoribus collecta & illustrata , at quinquaginta grandioris molis voluminibus quasi vasto immersa Oceano , peculiari excudentur Opere , tali nempe , quale privatus quilibet sibi comparare , ac facile quocumque casu consulere posset .*

*Id in primis expeterunt Belgæ ; imò imp̄simē
Austriaci Belgij moderatores non suo consilio
tantum , sed & auctoritate suā anno 1772 præ-
stiterunt , ut *Sanctorum Belgij Acta* , curam
studiumque conferente uno ē Bollandianorum
etcū , speciali Opere in Belgarum usum excu-
derentur .*

*Instructa jam tum ab ineunte anno 1773
erant consilia omnia , adhibitaque non indili-
gens instrumentorum præparatio ; cūm ad me-
ritum excurrere medicantes inhibuit sibiisque no-
tior eventus , quām ut proprio designandus sit
nomine . At summā divini Numinis providen-
tiā maternāque immortalis Marie Theretice fol-
licitudine ac benevolentia sublati tandem fue-
runt obices remotaque repazula , que mediagu-
rum cursum instituere metamque appetere nō
prohibuerant .*